

ii, quibus bonis interdictum erat, quodammodo ignominiosi habebantur,  
nec enim Equitibus poterant in quatuordecim Ordinibus sedere. Plura igitur  
quam vulgi opinio, necessaria sunt ad prodigalitatem, neq; omnis in  
suis bonis negligentia sufficit, prout docet Mascard. vol. 3. de probat. concl.  
1234. per tot. IX. Idem quoq; vol. 2. concl. 1105. n. 14. afferit, quod illa, que  
non sunt facti, natura permanentis, sed transeuntis non presumuntur, neq;  
ita notoria censentur, quin debeant adhuc probari. Atqui prodigalitas ex  
tali proficiscitur facto, quod pro variis rerum, personarum, temporum & loco-  
rum qualitatibus, non tam vitium quam virtutem sapere potest; & non ra-  
tio Dominis permisum est rebus suis intemperanter abuti. L. in re ubi Dd.  
C. Mandati. Quale exemplum de Sophocle Tragico refert Cic. in lib. de sen. &  
Pet. Ærod. lib. 2- decret. tit. 41. E. necessaria hic erit cause cognitio, ut prius  
de morum luxuria permanente ex variis causarum figuris constet, post de-  
claretur iuxta Legis prescriptum prodigus, eiq; bonis interdicatur, arg.  
l. 85. in fin. & l. 105. ff. de R. J. X. Notabiliter enim post Gloss. Bart. Bald.  
& Castr. in d. l. is cui bonis Joseph. Ludovic. decis. 1.n. 16. 17. 18. dicit.  
quod **QUATUOR** hoc casu ministerio judicis requirantur; Primo cause  
cognitio; Secundo interdictio, Tertio preconium publicum, Quartu Curato-  
ris datio. Add. Nov. Leon. 39. Consentit praeter allegatos. Alex. Duar.  
Cujac. ad l. 6. de V.O. Baptista à Villalo. Vigl. Mynsing. Wesemb.  
ad §. item prodigus. I. quib. non est permis. testam. fac. Clar. in §. testa-  
mentum, quest. 33. Gometz. variar. resolut. 2.c. 14. nu. 31. Gail. libr.  
2. observ. 51.n. 2. & de pace publ. nu. 3. c. 12. Fabian. de monte in tract.  
de empt. & vendit. quest. 4. pr. nu. 30. & seqq. & optimè Petr. Gilken.  
de prescr. p. 3.c. 2. 597. Vivius vol. 1. opinionum, concl. 247. & concl. 248.  
Borch. de V. O. c. 3. n. 56. Goedd. de contrah. stipul. c. 7. n. 140. & Dr.  
Arum. exercit. Justin. 12. tb. 7. Diff. Accurs. Fulgos. Petr. de Bella.  
Pertica. Donell. Fab. Antonius Nivellus, Fachin. & alij.

## XII.

De Minore quoque, an is Curatorem  
habens sine ejus consensu jure civili obli-  
getur; maximè inter Dd. controvèrtitur.

Qui-